(147v ~~Forb.~~) 1.41

✓

Argento pondus dissentiet si mensura concordet · si pondus consenserit mensura dissentiet. Aliter si difficile est mensuram parem utroque metallo diligenter exigere · pondera utraque paria dispariti · necesse est mole formata. Aqua pleno alternatim demerguntur · quantum ex uase pleno aquae uasim ex pulerint eruta illius testabuntur. Itaque quoque fiet ut corrupta species inmersa quantum metalli uilioris exceperit ipsa exclusa a se quaedamna fateantur. Coclear eminimum nomen est mensurâe ut scripulum in pondere. Clemen unum faciunt Coclearia duo · mystrum unum faciunt · clemes tres. Cyathum unum faciunt mystri quattuor.

(148r) Cyathi sex · idest eminam · sextarium faciunt cotulae duę. Conicem unum faciunt sextarii quattuor. Congium faciunt sextarii sex. et sextarius quod congii pars sexta sit. Modius sextarii sedecim. Ornam modius et semis. Amphora ornae duę. Artabam faciunt modii tres et de modio pars tertia.

(Cadus) Cadus greca amphora est habet ornas tres. Medimnum habet modios sex. Culleum faciunt · LX · cadi. Sextertium ÷ nummi duo semis. Et sestertium quasi semis de tertio. Sextarius uini aut aquae ponderat libra una et uncia semis. Olei mellis cyathus ponderat dragmas decem. Oxibaphon pondus faciunt dragmę quindecim quod acetabulum dicitur. Myster pondus erat silicuas. Corus habet modios XXX. Metrita habet sextarios · C. Batus habet amphora una. Amphora habet sextarios · L. Oephi habet modios · III. Sata idem sunt quod oephi idest modios · III.

Die ✓ bezeichneten mehr od. wen. wörtl. – in abweichender Reihenfolge – in Eucherius, Instr. II, cap. "De mensuris" (p. 159)